

www.e-rara.ch

**Io. Alberti Fabricii, SS. theologiae d. et prof. publ., Bibliotheca Graeca,
sive, Notitia scriptorum veterum Graecorum**

Fabricius, Johann Albert

Hamburgi, 1708-1728

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRf 130 | G

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-29351>

Caput XIII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

supra §. XII. ipsum conquestum annotavi. Non integram versionem antiqui foederis, sed tantum Versionem Psalmorum ac Prophetarum (neque illam è Græco, ut aliud agens scripsit vir illustris libro de claris interpretibus, sed ex Hebræo latine compositam) Græce vertit amicus Hieronymi *Sophronius*, qva ejus versione Procopium Gazæum & Hesychium Hierosolymitanum (d) usos esse constat. Hieronymus ipse in Catalogo, ubi de Sophronio: *De virginitate quoque ad Eustochium, & vitam Hilarionis Monachi opuscula mea in Græcum eleganti sermone transtulit. Psalterium quoque & Prophetas, quos nos de Hebræo in latinum vertimus. Idem libro 2. in Rufin. Unde me putabam bene mereri de latinis meis, & nostrorum ad discendum animos concitare, quod etiam Græci versum de latino post tantos Interpretes non fastidiunt, inde in culpam vocor, & nauseanti stomacho cibos ingero.*

(d) Vide Albertinum de Eucharistia p. 484. sed & Rich. Simonis Epistolæ Criticæ Gallicæ editas Basilicæ, p. 310. seq. & 318.

CAPUT XIII.

Philosophorum Cynicorum Catalogus, digestus ordine literarum.

Alcidamas. Lucian. in Conviv. T. 2. p. 638. 642.

Androsthenes Onesicriti filius Philisci frater, Diogenis discipulus. Laert. VI. 75.

Antisthenes Atheniensis discipul⁹ Socratis, auctor sectæ Cynicæ* de quo dixi lib. 2. c. 23. n. 32. Oenomaus quidem probante Juliano Orat. VI. p. 187. negabat Cynicos vel in Antisthenis verba vel in Diogenis jurare, sed sapientissimos quosque ac fortissimos sibi imitandos pro

* Cynici dicti à Cynofarge Gymnasio, in quo docuit Antisthenes. Vide Meurs. ad Hesychium illustrem p. 115. & de populis Atticæ, atque Athen. Attic. II. 2.

proponere, ut Herculem, Socratem &c. Ita enim intelligo ejus dictum: *ὁ κυνισμός ἔτε' Αντισθενισμός ἐστίν ἔτε' Διογηνισμός.* Herculem præcipue admirabantur, quem exemplum genuinæ παιδείας Alexandro commendat Diogenes ap. Dion. 4. de regno p. 64. Vide & Julianum Orat. 6. p. 187. Hinc Antisthenes *Ἡρακλεώπικος τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα* *Herculeo vir animo* apud Eusebium XV. 13. præparat. quem non cepit eruditus interpres, Confer, Aufonii Epigramma 27. & 28.

Aristogiton Rhetor ob impudentiam dictus Canis, teste Suida, Cynicis non magis cæteroqvi annumerandus qvam Aristippus, quem regium canem Diogenes appellabant: vel Therfites Homericus quem *κυνικὸν δημηγόρον* *Demonax* ap. Lucian T. 2. p. 871. vel Nabal qvi homo *κυνικός* audit in versione Græca 1. Sam. XXV. 3. vel denique *palatini canes* apud Boethium de consolat. Philos. 1. prosa 4.

Asclepiades, Tertull. II. 14. contra nationes, Laert. VI. 91. Alius haud dubie Asclepiades cujus cum Serviano & Chytrone Cynicis meminit Julianus Orat. VII. contra Heraclium Cynicum p. 224.

Athenagoras de quo Cicero pro Flacco cap. VII. *Cæsus est virgis Cynicus ille Athenagoras, qui infame frumentum exportare erat ausus.* Sed meliores codices pro Cynico habent *Cymæum* h. e. Cumanum.

Betio *Βητίων* Bionis Borysthenitæ familiaris, Laert. IV. 54.

Bion Boristhenites, Cratetis Cynici auditor, Laert. IV. 51.

Bryson Achivus cujus aliqui discipulum tradunt Cratetem fuisse. Vide Suidam in *Κρατ.* & *Ἰπποαρχία* & Laertium VI. 85.

Carneades Cynicus cujus meminit Eunapius in procæmio.

Carneus Cynulcus, veluti Cynicorū *icoryphæus*, Megarensis Athenæ⁹ IV. p. 156. *Διονυσίων γέντων Ἀθήνησι παρεληφθῆναι πρὸς αὐτὸν. Κατέλαβον ὃ κυνικὸς μὲν αὐτὰ κειμένους ἔξ, ἕνα ὃ κύμβαλον Καρναίων τ' Μεγαρικόν.*

Chytron. Supra in Asclepiade.

Cleomenes Metroclis discipulus, Laert. VI. 95. ejus *παιδαγωγικὸν* laudat idem 75.

Colotus Lampfacenus Menedemi præceptor, VI. 102.

Crates Thebanus Diogenis discipulus clarus circa Olymp. CXIII. uxorem habuit Hipparchiam de qua infra. De Epistolis quæ sub hujus Cratetis nomine fuerunt dixi lib. 2. c. 10. §. 21. De tragædiis Laertio IV. 98. memoratis vide lib. 2. c. 19. Versiculi in Micylum tres leguntur apud Plutarchum libro de vitando ære alieno p. 830

- Ex ejus hymno in *εὐτέλειαν* five frugalitatem Julianus Orat. VI. p. 199. Ex Cratetis *παιγνίοις* ibid. & VII. p. 213. Alia ejus *παίγνια* Laertius VI. 85. Ejus Ephemeris id. 86. Xenocratem perstrinxit iste Crates teste M. Antonino VI. 13. Demetrium Phalereum Thebis exulantem solatus est. Vide Plutarchum p. 69. de dignoscendo adulate. Alia de eo Ælianus III. 6. Var. Vita Cratetis hujus à Plutarcho scripta periit. Laudat præter Lampriam Julianus Orat. VI. p. 200. Cratetis *ἡθικά* scripsit Zeno Citieus. Laert. VII. 4.
- Crato* Cynicus. Lucian.
- Crescens* sub Antoninis vixit & Justinum in τῇ μεγάλῃ πύλῃ, hoc est Roma detulit ad martyrium. Vide Syncellum p. 351. Euseb. VI. 16. Hist. Eccles. & Clariss. Grabei spicileg. Patrum T. 2. p. 139. seq.
- Cyniscus* apud Lucian. in Cataplo. T. 1. p. 427. nisi nomen confictum.
- Demetrius* Alexandrinus Theombroti discipulus. Laert. VI. 95.
- Alius *Demetrius* Cynicus cujus apud Senecam, Eunapium, Philostratum & alios mentio. Vide Jonsium p. 248. & quæ viri docti ad Sveton. in Flavio Vespasiano c. 13. Lucian. de salutatione T. 1. p. 806. seq.
- Alius *Demetrius* Rhodii celebris Cynici discipulus *Corinthius Suniensis*, cujus meminit Lucianus in Toxari. T. 2. p. 51. & adversus indoctum p. 388.
- Demonax* Cyprius Epicteti æqualis, Athenis vixit, Diogenem Cynicum præ cæteris admiratus. etli non unam Philosophiæ sectam coluit. Vide Lucianum in ejus vita, T. 1. præcipue p. 859. & 871.
- Didymus* Planetiades. Plutarch. de Oraculor. defectu.
- Diogenes Sinopensis*, Antisthenis discipulus, de quo prolixè Laertius VI. 20. seq. Apophthegmata ejusdem, & num. 80. scripta recensens; in quibus & VII. Tragœdiæ, de quibus dixi lib. 2. c. 19. Diogenem Cynicum ἐν τῇ ποδῶν laudat idem Laertius VI. 20.
- Effigies ejus varias vide si placet apud Jac. Gronovium T. 2. thesauri antiquitatum Græcar. tabula LXXXVIII. Claruit Speusippi æqualis circa Ol. CIX. Laert. IV. 3. Obiit fere nonagenarius Corinthi, eodē ut ajunt die quo Alexander Babylone Ol. CXIV. id. VI. 79. Philippum Macedoniæ Regem paulo acerbius reprehendit, Plutarcho judice p. 70. de dignoscendo adulate. De Alexandro eum affante vide sis Dionem 4. de regno p. 59. seq. Laert. VI. 38. 68. Plutarchum Alex. p. 671. Plura clariss. Bælius in Lexico.
- Diogenes Junior*, Σοφιστὴς κύνειος ob petulantiam linguæ in theatro exerci.

ercitam virgis caesus iussu Flavii Vespasiani. Xiphilin p. 322. ubi & de Era altero Cynico Diogenis hujus æquali, ob majorem infolentiam capite etiam truncato.

Echecles Ephesius, Cleomenis & Theombroti discipulus. Laert. VI. 95.

Eras (Ἠρᾶς) de quo dixi paulo ante in *Diogene juniore*.

Eubulides cujus librum de Diogene allegat Laertius VI. 20. Eubulus ἐν τῇ Πιρρα Φοιδρῷ Διογένης πρᾶσις, id. 30.

Julianus Imp. Cynicorum Philosophiam celebrat Orat. 6. & 7. quarum prior est πρὸς τοὺς ἀπαιδευτοὺς κύνας, posterior πρὸς Ἡρακλείου Κυνικὸν πῶς κυνίσουν.

Hegesæus Sinopensis cognomento κλοῖός, sive laqueus, discipulus Diogenis. Laert. VI. 84.

Hegesianax infra in *Xanthippus*.

Heraclius contra quem Julianus Orat. 7. Suidæ in Ἠρᾷ, dicitur *Heraclitus*.

Hermippus in auctione Diogenis allegatur in latino interprete Laertii Ambrosio & in quibusdam Græcis Laertii Codicibus VI. 29. ut intelligatur Hermippus Smyrnaeus qui de vitis Philos. scripsit. Sed alii codices habent Menippus ἐν τῇ Διογένης πρᾶσι.

Herophilus, Lucian. in Icaromenippo T. 1. p. 198.

Hesperius Jonf. p. 246.

Hipparchia Maronitis, soror Metroclis & Cratetis uxor, de qua Laertius VI. 96. seq. Anthologia p. 339. è recentioribus Menagius de mulieribus Philosophis p. 63. seq. & Baylius in Lexico. Suidas ait scripsisse Φιλοσόφους ὑποθέσεις καὶ τινὰ Πιρραίων καὶ περὶ τοῦ Θεοδώρου ἄλλον. Non puto autem Suidam hæc Hipparchiæ scripta vidisse, sed conjectura è Laertio collegisse.

Honoratus de quo Lucianus in Demonacte T. 2. p. 865.

Horus Ægyptius quem confabulantem inducit Macrobius in Saturnal.

Isidorus. Sveton. Nerone c. 39.

Lucianus in Cynico T. 2. p. 717. seq.

Maximus Alexandrinus ad quem Basilii Magni Epistolæ supersunt & quem Orat. 23. laudavit, sed Carmine de vita sua & Oratione 27. & 28. perstrinxit Nazianzenus indignatus κύνας ποιιδίας εἶναι βιαζομένους p. 474. Depositus hic Maximus Episcopatu CPol. Canone IV. Synodi primæ CPol. Hic ipse est de quo Hieron. in Catalogo S. E. c. 127. Maximus Philosophus, natus Alexandria, CPoli Episcopus ordinatus est, & pulsus, insignem de fide adversus Arianos scripsit librum,

librum, quem Mediolani Gratiano Principi dedit. Vide & Vales. ad Sozom. VII, 9. & Baronium, Basnagium & Pagi ad A. C. 379.

Meleager Gadarensis, risus in scriptis captator, cujus libros II. *περὶ δοξῶν* Laertius II. 92. symposium & *χαρίτας* laudat Athenæus. Vide quæ viri docti ad Laert. VI. 100.

Menander cognomento *δρυμῆς*, Homeri admirator, Diogenis discipulus Laert. VI. 84. Vide & infra in *Xanthippo*.

Menedemus Lampfacenus de quo Laertius VI. 102. Theombroti discipulus, id. 95. diversus à Menedemo Eretrienti de quo II. 125. De Menedemo Cynico capiendus Numenius apud Euseb. XV. præparat. p. 729.

Menippus Sinopenfis patria, ortu Phœnicus Gadarensis fuit, conditione servus, Diogenis ut suspicor discipulus. Ejus scribendi genus *στωματολογεῖον* multi notaverunt, imitatus est in Satyris suis Varro, quas Cynicas alii, ipse appellavit Menippeas teste Gelli II. 18. Menippeus hinc ipse appellatus Athenæo, & Tertulliano *Romanus Cynicus*. Exstat & Satira Menippea Petri Cunæi viri doctissimi & altera Lipsii quæ perstringit profanum vulgus eruditorum. Scripsit & Varro Satiram cui titulus *τῶν Μεινίπων* teste Nonio in exodum & pluribus aliis locis. Menippi Symposium allegat Athenæus. Alia scripta Menippi Cynici refert Laertius VI. 101. Sunt autem hæc: *Νεκύια, Διαθήκαι, Ἐπιστολὰ κεκομψευμένη αὐτὸν ὅτι τῶν Θεῶν ὡσεὶ ὦπα. Πρὸς τὰς Φυσικὰς καὶ Μαθηματικὰς καὶ Γραμματικὰς, καὶ γονὰς (natalem) Ἰπτικὴν καὶ τὰς θρησκευτικὰς ὑπὸ αὐτῶν ἐκάδας, &c.* Hunc porro ipsum Menippum non dubito induci à Luciano in dialogis mortuor. & in Necyomantia, memorari quæ ab Eunapio in præf. ubi celeberrimos Cynicos referre se scribit, non Menippum juvenem Lucium, de quo Philostratus IV. 8. de Apollonii vita. Fuit & Menippus quidam Magnes Pancratiastes cujus meminit Artemidorus IV. 44. quemque addes aliis Menippis collectis à Laertio & Menagio.

Menippus Lybius Demetrii Corinthii auditor, de quo jam dixi.

Metrocles Maronites Hipparchiæ frater, Theophrasti primum, postea Cratetis discipulus. Vide Laertium VI. 94. seq. Ejus *χεῖρας* allegat VI. 33.

Monimus Syracusanus Diogenis & Cratetis discipulus scripsit teste Laertio

tio VI. 83. *παίγνια*, quibus ludicra seriis sententiis permiscuit; *περὶ ὁρμών* libros duos & protrepticum. Inter eos qui *κρητήριον* vixi sustulerunt refertur Monimus à Sexto VII. contra Math. p. 146. & 221. quod affirmasset *τύφον εἶναι τὰ πάντα*.

Mufonius, Babylonius, amicus Apollonii Tyanensis, de quo dixi ad proœmium Eunapii. Alius Mufonius Thuscus, de quo infra in Stoicis.

Oenomaus Gadareus sub Adriano Imp. floruit teste Syncello p. 349. scripserat *πολιτείαν & περὶ τῆ καθ' ὁμήρον φιλοσοφίας* (Confer Jonsium p. 245.) & *περὶ κυνισμῶν* itemque *περὶ κρητήριου καὶ Διογένης καὶ τῶν λοιπῶν* teste Svida. Quamquam Julianus Imp. ex alio potius quam ex Oenomaio Cynismi rationes peti velit. Ejus *καὶ τῆ χρησιμείων*. idem Julian. Orat. VII. f. 209. Titulus libri fuit *Φωρεῖ γνητῶν δεσποτῶν πρεσβιγίων*, de Oraculorum falsitate. Vide Euseb. V. cap. 19. præparat. & VI. 6. p. 254. & VI. 7. Socratem III. 23. p. 202. Niceph. X. 36. Theodocritum Therapeut lib. VI. p. 86. & X. p. 141. A. Vandalen de Oraculis p. 329-346. *Τετραγώνδιον*. Julian. Orat. VII. f. 510. De Diogene Oenomaio Tragico Atheniensi dixi supra lib. 2. cap. 19. è Svida in *Διογ.* Epigramma alterius ut videtur Oenomaio *εἰς ἐρωτῶν γεγλυμμένον ἐν καυκίῳ* Anthol. IV. 18.

Onesicritus Astypalensis sive Æginensis qui cum Alexandro M. militavit & ejus *ποιήσεις* ac laudes Xenophonteο fere stylo composuit. Vide Laert. VI. 84. Plutarchum Alex. p. 705. Pater Androsthenis & Philisci. id. 75. seq. discipulus Diogenis. Vide de hoc Onesicrito supra cap. VII.

Pasicles Crateris Cynici F. Laertius IV. 88. Fuit & Pasicles Crateris Frater, discipulus Euclidis Megarensis. id. 89.

Peregrinus qui sub Antonino Pio vanam gloriam captans se publice coniecxit in flammam, derisus à Luciano, Libro singulari de morte Peregrini. Confer Syncellum p. 351. 352.

Philiscus Æginensis Onesicriti F. Diogenis discipulus, cui tragoedias quæ sub Diogenis nomine ferebantur, nonnulli tribuerunt. Vide Laert. VI. 84 & 73. 75. & 80. Julian. Orat. VI. p. 186. & VII. 210. ubi male *Philiscus*.

Phocion cognomento *χρηστὸς*, Diogenis Cynici auditor. Laertius VI. 76.

Plato Cynicus. Laert. VI. 27. nisi probanda potius expositio Casauboni,

ut sane videtur, quoniam idem Laertius inter varios Platones III. 103. nullam Cynici mentionem facit.

Polyzelus, infra in Xanthippo.

Salustius κωλιζων. Phot. cod. 242. p. 556. κωλικὸν πρῶτον ἐφίλοσσοφει. Svid. in Σαλῳ. Diversus hic Procli discipulus fuit à Salustio cui Orationem quartam inscribit Julianus Imp. Huic potius Juliani, Platonico, quam alteri Cynico Salustio tribuerim libellum elegantem qui exstat περὶ θεῶν καὶ κόσμου, de quo infra lib. V.

Serenianus, supra in Asclepiade.

Sphodrias cuius τέχνην ἐρωπικὴν allegat Athenæus IV. p. 162.

Stilpo Megarensis auditor Diogenis Cynici. Laert. VI. 76.

Theagenes. Lucian. lib. de morte Peregrini.

Theodorus Cynuleus sive pluribus canibus stipatus Cynicus, quem colloqventem inducit Athenæus in dipnosophistis.

Theombrotus Metroclis discipulus. Laert. VI. 95.

Theomnestus, infra in Xanthippo.

Thrasyllus Cynicus. Seneca II. 13. de benefic. & Plutarch. Apophthegm.

Timarchus Alexandrinus Cleomenis discipulus. Laert. VI. 95.

Xanthippus, Theomnestus, Polyzelus, Onesicritus, Monimus, Menander, Hegesianax, Diogenes, Crates & Antisthenes Cynici, quorum scriptis usus est Stobæus. Phot. Cod. CLXVII.

Xeniades qui Diogenem Cynicum emit ei que filium instituendum & domum regendam dedit. Laert. VI. 74. 82.

Zeno Citieus Cratetis discipulus. Vide Numenium apud. Euseb. XIV. præp. p. 729. Verecundiam & decorum magis observare quam Cynici docuit, in reliquis eorum placita probavit, ipse auctor Stoicorum, quorum dogmata cum Cynicis convenire innuit etiam Juvenalis XIII. 121.

Et qui nec Cynicos nec Stoica dogmata legit,

A Cynicis tunica distantia.

Confer. Julianum Orat. VI. p. 185. Laert. VI. 104. VII. 121. Lipsium lib. 1. manu duct. diff. 13. Quod vero Sidonius Carm. 2. v. 168. Cynicorum turbam Epicuri sodalium imitatricem appellat, de eo vide sis Sirmondi notas p. 181. Augustini adhuc temporibus plures fuerunt Cynici quam Stoici, ut testatur lib. 3. contra Academicos c. 18. Itaque nunc Philosophos non fere videmus nisi aut Cynicos, aut Peripateticos, aut Platonicos. Et Cynicos quidem, quia eos vite quedam delectat libertas atque licentia. Adde si placet XIV. 20. de C. D.

CAP.